NOS CAROLVS SEXTVS

DEI gratia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. REX, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Luxemburgi, Wirthembergæ et Thekæ, superioris ac inferioris Silesiæ, Princeps Sveviæ, Marchio Moraviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ &c. MEMORIÆ commendamus tenore præsentium significantes, quibus expedit universis, Quod Fideles nostri Prudentes ac Circumspecti Iudex, caterique Iurati Cives, & Senatores, ac tota Communitas Liberæ ac Regiæ Civitatis nostræ SZEGEDIENSIS exhibuerit & præsentaverint Nobis certas quasdam Literas suas, pro parte Fidelium nostrorum Reliquorum Sacri Ordinis Clericorum Regularium Pauperum Matris DEI Plarum Scholarum Fundationalem suo modo concinnatas, & in Stylum redactas, ac sub dato, in [illegible] Libera Regiaq; Civitate nostra Szegediensi die quinta Mensis Augusti, ipso Festo Beatæ MARIÆ Virginis ad Nives, Anni proxime præteriti millesimi septingentesimi decimi noni emanatas, Sigillisq; ejusdem Civitatis Szegediensis robustas, quibus mediantibus idem Iudex, Iurati Cives, & Senatores, totaque Communitas prælibatæ Liberæ ac Regiæ Civitatis nostræ Szegediensis, obventa etiam à Fideli nostro Reverendo Spectabilique ac Magnifico Fratre Ladislao è Comitibus Nadasdy, [illegible] episcopo Csanadiensi, Ecclesiæ & Comitatus ejusdem Supremo ac Perpetuo Comite, Cathedralis Ecclesiæ Iaurinensis Præposito Majore, Custode Albensi, & Consiliario nostro superinde approbatione, confirmatione, & interposita desuper Benedictionis imperiali [illegible], pro suprafati Sacri Ordinis Religiosis, erigendoque & extruendo successive ad rationem ejusdem, in prælibata Civitate nostra, præfato ad latus Ecclesiæ Parochialis Collegio, & Scholis, quatenus nimirum inducendi illuc ejusdem Sacri Ordinis Sex Religiosi, medium Collegium constituentes, Cultum propriæ & Gloriam DEI Omnipotentis, Immaculatæq; & sine labe conceptæ MARIÆ Virginis, totiusq; triumphantis Ecclesiæ honorem, militantis verò propagationem & augmentum promovere, Doctrinam Christianam Hungaricè, Germanicè, ac etiam Illyricè Idiomatibus, Dominicis & Festivis diebus, Christiano Populo proponere, eundemque pie & solutarijbus de causis ac motivis, medijs denique formis, & conditionibus, in præmentionatis Literis Fundationalibus uberius & specialim devotatis, & expressis, Octingentos florenos Rhenenses pro Fundatione & Subsistentia præcipuarum ædis Personarum Religiosarum, per dictos Fundatores, eorundemque universos Successores, in perpetuum per quatuor anni angaria ex communibus Civitatis Proventibus, annuatim rite excolendos ordinabat, ac prætereà in Subsidium hujusmodi Fundationis, administrationem quoque Parochiæ, de facto legitimè vacantis, cum taxatis Stolaribus Proventibus, ad tempus duntaxat, eousque videlicet donec Capitulum Csanadiense definito certo numero restauratum, & ex benigna annuentia nostra [illegible] præcipuam Civitatem nostram Szegediensem introducturum faceret, constituisse dignoscebantur, Tenoris insuper accepti. Supplicatum itaque extitit Majestati nostræ nomine ejus & in personis præfatorum Iudicis, Iuratorum Civium & Senatorum, totiusque Communitatis antefatæ Liberæ ac Regiæ Civitatis nostræ Szegediensis, debita cum instantia humillime, quatenus Nos privatas has Literas ipsorum Fundationales modo præmisso confectas & emanatas omnisque & singula in eisdem contenta, ratas gratas & acceptas habentes, Literasque nostras Privilegialibus inseri & juxtis facientes, Apostolicæ Regiæ Authoritate nostra accedere, approbare, roborare, ac pro amplioris reperiri Sacri Ordinis Clericorum Regularium Pauperum Matris DEI Plarum Scholarum Religiosis in prælibata Libera ac Regia Civitate nostra Szegediensi, modalitate præmissa fundatis, & consequentes pro toto Corundem Ordine in perpetuum valituras, gratiose ratificare, ac benignum etiam Regium superinde Consensum nostrum prabere dignaremur. Quorum quidem Literarum Fundationalium verbalis continentia, sequitur in hunc modum. Nos Ioannes Tomosvary, Iudex Primarius, Senatores Daniel Rosa, Ioannes Palffy, Ioannes Tutovics, Ioannes Szegvary Civitatis Capitaneus, Gregorius Lantos, Petrus Dekany, Stephanus Vaslagh, Ioannes Petrics, Georgius Joób, Franciscus Faskas, Paulus Nagy, adjunctus Notarius, Petrus Szabo, item Ioannes Hajdu Tribunus Plebis, Andreas Fuselius, Stephanus Mukus, Ulricus Straub, Ioannes Miller Camerarius, Michael Farago, Andreas Rell, Adamus Streibelmar, Ioannes Vekes, Michael Gasdagh, Stephanus Csaady, Albertus Szucs, Andreas Tomosvary, Michael Losonez, Michael Szanto, Matthias Domonkos, Andreas Piskas, & Andreas Rosa, Franciscus Losonez, Adamus Farkas, Andreas Balogh, Ioannes Ihon, Michael Eordogh, Casparus Ihon, aliq; Iurati Cives Liberæ ac Regiæ Civitatis Szegediensis. Memoriæ commendamus tenore præsentium significantes, quibus expedit universis, Postquam Sacrissima Crucis Regnique Majestas Dominus Dominus noster Clementissimus Civitatem hanc, velut Peculium suum Regium, Iure postliminij, in suam Libertatem sub & Privilegia reponere, inque integrum restituere dignatus fuisset, eam item, per in animos nostros peculiarem adhibuimus Curam & Operam, ut Gloria DEI Omnipotentis, & propagatio Sanctæ Matris Ecclesiæ in hacce Civitate, respective finitimis augeretur, amplior quoque ac etiam laetalis Scientia, quæ Iuventutem, tum in timore Domini, tum etiam in bonis moribus, pietate, & virtutibus perficere conseret, brachium ex proximo ac [illegible] Iuventutem Confinorum, modo feliciter & gloriose profligato naturali Christiani nominis Hoste Turca removetur, solitis neglecta, pie introduceatur. Hinc nos pro nostra in DEUM pietate, propagatione Sanctæ Matris Ecclesiæ, tum ex eo etiam quatenus hoc Peculium Regium, & hæ Partes finitimæ, modo brevissimo nostræ Majestatis Sacratissimæ Armis recuperatæ & ampliatæ introducto Literarum scientia, in literatis Subjectis, per quas Urbes & Provinciæ regi, gubernari, ac etiam conservari conservarique / magis perfectè possint, maturo tandem Consilio, meraq; serie rerum deliberatione, Communibus Votis & suffragijs, modò præmisso in hunc finem in Curia nra congregatis, ac tam Religionem Clericorum Regularium Pauperum Matris DEI Scholarum Piarum nobis pro eruditionis Iuventutis & augendo Cultu Divino nimirum commendatum, in hanc Civitatem Szegediensem, modo sequenti introducendum & fundandum sive deliberavimus. PRIMO. Ut in omnia Sacra Religio, ac Religiosas Personas medium Collegium constituentes teneat, quæ progressus Hungarico Germanico ac etiam Illyrico suæ Scholarum idiomatibus Doctrinam Christianam fructuose proponere, ac Cœnæ Domini pacem, Scholas verò ad Rhetoricam, cum Artistica [illegible] Musica juxta Sacræ Religionis Institutum inclusive operire, in eisdemq; Iuventutem nostrum & reverentiam respect debent contineri. SECUNDO. Pro ac Religiosum Civilem Religiosis Subsistentia assignamus Octingentos florenos Rhenenses, in perpetuum [illegible] per quatuor anni angaria, ex Communibus Civitatis Proventibus annuatim rite exolvendos, & pro majori pro tunc Fundationis securitate & fundo publicum Civitatis hujus Brassovium, & inferiora Civitatis Macellum, Sedes Sacræ Religioni procedimus, cum plenaria memoratarum Summam ex præspecificatis Fundis, exigendi; & demumdi facultate, eo tamen cum intellectu, quod si incassipus pro securitate fundus dictam Summam Fundationalem, cum redditu suo non adæquarent, tunc eo supplemento ex Communibus Communitatis Proventibus rite satisfiet. TERTIO. Quandoquidem Ex defectu mediocrium nostrorum, tum Sacrum præsatum Religionem pro docendis Scholis istlem, fundare, quam etiam Parochiam à parte interenere pro nunc nos insufficientes esse existimaverimus, hinc bigotæ Turis nostri Patronatus, Parochiæ nostræ modo legitimè vacantis administrationem prælibatæ Sacræ Religioni ad tempus, & eo usq; donec hidelicet Capitulum Csanadiense, definito certo numero a Sua Majestate Sacrissima, Domino Domino nostro Clementissimo restauratum, ei in Eidem Sue Matti Sacrissæ clementer ita videbitur. Szegedinum introducturum faceret, constituimus. Ei Siquidem fructus Parochiales, qui duntaxat in taxatis Stolaribus Proventibus consistentes, futuris temporibus in Parochum modo præmisso introducendum, redundare deberent, ex tunc ubi videlicet alter Parochus Szegedini constitutus fuerit, loco dicti Stolaris Proventus, modo in Subsidium Fundationis concessi, præspecificatæ Octingentorum florenorum Summæ, Centum adhuc florenos / si aliunde xemet juxta non præsent, ad beneplacitum quidem nostrum / superaddendos per nos, & Successores nros resolvimus QUARTO. Eo usque hujus Socialis & arundines sufficientes ad exstruendum submissi exhibuerit, donec Parochus administratio modo præmisso penes Sacram Religionem permanebit. QUINTO. Locus pro Residentia, seu futuro Collegio ad latus Ecclesiæ nræ Parochialis Divo Demetrio Sacratæ assignatur, in quo pro ac Religiosis distincta ac Cubicula, Refectorium, præpositorium, Culina, Cellarium, & Conservatorium, cum bono fundamento, per proxis erigentur, necnon Ædes verò de commodo habitationis loco & Scholis usq; ad Rhetoricam necessarijs provideantur, Hortus autem in sicci poterit, contiguus, sin minus extra Civitatem commodus, ab omnibus Communibus Oneribus exemptus, modo pro tunc executurus & assignabitur. Si quæ verò in erigendis successive Residentiæ ædificijs, ac etiam Scholis suis tempore palpabilis apparebit ruina aut defectus, per Civitatem qua Fundatorem non ac domestica providentia Causa, ad debitas Religiosorum remondationes, quantum sieri poterit, auxilio etiam Civitatis reintegrabuntur. SEXTO. Omne studium & Operam, cum occasione temporum, ad augmentandum pro possibilitate Fundationem promotimus, & Successores nostri assulgentibus occasionibus, pro exaltatione Sanctæ Matris Ecclesiæ, & huiusce Civitatis ulteriores adhuc / introducta Literis superinde prememoratis, medijs quibus sieri poterit, ad requisitionem Sacræ Religionis, decrevimus. Non dedignabuntur, nihilominus Sacri Religio quæq; Conatum suum eo sedulo reflectat, ut capitalis Beneficiorum alicuum etiam exiguus, propria sua industria, ulteriori augmentationi Communitatis Collegiali propicere possit & studeat. E contrario verò ac Sacra Religio inclyta Professionis Institutum, ad Scholas ad Rhetoricam usq; quantæ quas aspectandas, ac per suos Religiosos idoneos, secundum suum Institutum diligenter tradendas, Iuventutem, si tam Szegedinam, quam adventitiam & extrancam recipiendam, inque Literis, Timore Domini, & bonis moribus instruendam obligat, ac devotum Christianum Populum, prædicatione verbi Dnini, Dominicis, Festivisq; diebus, linguis supradictis ad perfectionem Christianæ exemplaritæ, eruditendum & sustentandum, Præterea Fundationali Summâ, ac pro tempore pradicte Parochiæ Administrationis, ubi modo præmisso collatæ, Scholaribus taxatis Proventibus, contentam futuram declarat. Tandem Ultimò. Hanc Fundationem suam ad majorem DEI ter Optimi Maximi Gloriam, pie instituitam, per Sacratissimum Cæsareo-Regium Matteum, qua Regem Apostolicum, Dium Dnium nrum Clementissimum, ex Suprema Authoritate sua plenitudine, proxime confirmari adhuc rogabimus, Firmiter Eidem Sacræ Religioni Eminentes modernis pariter & futuris temporibus omnem assistentiam, nostrisq; vero Successoribus Curatores obsecrabimus, Quantum proximus obligamus, quatenus hanc Fundationem per se, quousque firmam, stabilem ac in perpetuum duraturam observent, promoveant, manuteneant, defendant & tueantur. In cuius rei memoriam, firmitatemq; perpetuam præsentem Cautionalem, cum abutendi, tam ex parte reverendissimi huiusce Libere, Regiaq; Civitatis Szegediensis, quam ex parte prælatæ Sacræ Religionis Patrum Piarum Scholarum Pauperum Matris DEI Congregationis Sigillis communitum extradedimus, in Libera Regiaq; Civitate Szegediensi, die quinta Augusti, ipso Festo Beatæ MARIÆ Virginis ad Nives Anno Domini millesimo septingentesimo decimo nono. Et Extradatum per me Ioannem Csaky, prætatæ Civitatis Szegedien. Iurium Notarium. NOS itaq; pro solita nra in DEUM pietate, & zelo in universos ipsius quam maiorem Cultus Divini promotionem, & Orthodoxæ Romano Catholicæ fidei propagationem, Religiosorumq; Ordinum, quorum devotis ad DEUM sitis & fundendis precibus, ac assistentijs, fausta & felicia suscepti Regiminis gubernacula Nos habituros pie confidimus incrementum conferre, aut quidpiam momenti addere possent, magis magisq; amplificandis dilatandis & stabiliendis curis & sollicitudine, humillima etiam repetitorum Iudicis, Iuratorum Civium & Senatorum, totiusq; Communitatis Liberæ ac Regiæ Civitatis nræ Szegediensis supplicatio, ut, modove modo quo supra facta Matti, Regia benignitate exaudiat, clementer annuat, præmemoratas, quoq; Literas Fundationales prout in modo confectas & emanatas, non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, verum omni prorsus vitio & suspicione carentes, prout in omnibus Literis nris Privilegialibus de Verbo ad verbum sine diminutione, & augmento aliquali insertas & inscriptas, Ita tamen ut Parochiæ præscripta administratio ad tempus judicaretur, & nullatenus ad casum diminuitæ Capituli Csanadiensis Szegedinum introductionis, restituendas